

- 115 exilii quartus, meritis non denique nostris,
 volvitur infaustus, aeger et ecce mei.
 Forsan nosse diem vis: hanc quoque, disce, canemus,
 ut res ambigui possit habere nihil:
 Bis partem undenam solidi rota solis aquari
 120 scanderat, in sexta lunaque piscis erat.
- Tale quid asseverant te, flumen Idonea, passum,
 hac quod ab urbe fluens sat prope Sarta bibit.
 Quaere locum ex aliis; diei tibi tempora dicam:
 crastina praefatae res fuit ista rei.
- 125 Hunc quoque defectum quod passa sit Angera dicunt:
 sed locus atque dies sunt mihi nota minus.
 Nam grandi studio perquirimus ista, quod illi,
 qui narrant, per me nosse futura volunt.
 Non id aperta canit, nec erit vox semper operta,
 130 tempore namque manent ista canenda suo.
 Rebus et exemplis quaedam bene nosse valemus;
 cum non divinem, haec scio res quid agat.

- Miraque sint per idem cum tempus plurima visa,
 hoc etiam visum est, quod recitare paro.
- 135 Quod mihi Gairardus retulit, Pascasius illi:
 hic audita mihi, visa et ei ille refert.
 Nempe Tolosani locus est rurisque Caturci
 extimus; hoc finit pagus uterque loco.
 Illic campus inest, cuius sunt extima silvis
- 140 cincta, hominesque manent non satis inde procul.
 Quem volucres magno complerunt impete multae,
 planitie inque eius multa resedit avis.

117 hanc S., hunc TGFH D. — 118 Uires G — ambiguum S. — 119 Bys TG — 120 lunaque G — erat *fehlt* F — 121 Tale quod C. — adseuerant te S., asseuerant te H, asseuerat te F, asseuerunta T, asseueranta G — 122 Hac S., At TGH, Et F D. — 123 Namque locum F — dei G — 124 praefectae H — istę G — 127 Nam S., Non TGFH D. — 129 opertum TGFH — 130 manet T — canendo GH

Überschrift über v. 131: De pugna avium in Terra Tolosa S. *Marginalie neben v. 133/134:* De pugna avium G, *dasselbe neben v. 135:* C.

132 non *fehlt* FH — diuine TG — stio TG, socio F — 133 Miraque T — cum *fehlt* G — tempus cum S. — 135 gayrandus F, gayrardus H — Pascasius S. — 136 iussa et ille G, visa sed ille C. S. — 141 impetę G — 142 Planicie F, Plenitie T, Planitiae H